BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 50r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et dedi aaron sacerdoti. ac filiis eius lege
perpetua ab omni populo israel. Hec est unctio aa
ron et filiorum eius in cerimoniis domini.
die qua obtulit eos moyses ut sacerdotio
fungerentur et que precepit eis dari domi
nus a filiis israel religione perpetua in ge
nerationibus suis. Ista est lex holocau
sti et sacrificii pro peccato atque delicto. et pro con
secratione et pacificorum victimis quam
constituit dominus moysi in monte
synai. quando mandauit filiis israel ut offer
rent oblationes suas domino in deser
to synai.

VIII

Locutusque est dominus ad mo
ysen dicens. Tolle aaron cum
filiis suis. uestes eorum et unctionis ole
um. uitulum pro peccato. duos arietes. et
canistrum cum acimis. et congregabis
omnem cetum ad ostium taberna
culi. Fecit moyses ut dominus imperauerat
congregataque omni turba ante
fores ait. Iste est sermo quem dominus
iussit fieri. Statimque obtulit aaron
et filios eius. Cumque lauisset eos uesti
uit pontificem subucula linea. accin
gens eum baltheo et induens eum
tunicam iacinctinam desuper hume
rale imposuit quod astringens cingulo
aptauit rationali. in quo erat doctri
na et ueritas. Cydari quoque texit ca
put et super eam contra frontem po
suit lamminam auream consecra
tam in sanctificationem sicut prece
perat ei dominus. Tulit et unctionis
oleum quo liniuit tabernaculum
cum omni suppellectili sua. Cumque
sanctificans aspersisset altare vii. ui
cibus unxit illud et omnia uasa eius.
Labrumque cum basi sua sanctificauit
oleo. Quod fundens super caput aaron
unxit eum et consecrauit. filios quoque
oblatos uestiuit tunicis lineis et cin
xit baltheo. imposuitque mitras ut iuis
serat dominus. Obtulit et uitulum
pro peccato. Cumque super caput posuissent
aaron et filii eius manus suas ymmo
lauit eum hauriens sanguinem. et
tincto digito tetigit cornua altaris
per gyrum quo expiato et sanctificato
fudit reliquum sanguinem ad fun
damentum eius adipem autem qui
erat super uitalia. et reticulum iecoris
duosque renunculos cum aruinulis
suis adoleuit super altare uitulum
cum pelle carnibus. et fimo cremans
extra castra sicut preceperat dominus.
Obtulit et arietem in holocaustum
super cuius caput cum imposuisset
aaron et filii eius manus suas ymmo
lauit eum et fudit sanguinem eius
super altaris circuitum. Primumque arietem
in frusta conscidens caput eius et ar
tus et adipem adolebat igni. lotis prius
intestinis et pedibus. totumque simul a
rietem incendit super altare eo quod esset
holocaustum suauissimi odoris do
mino sicut preceperat ei. Obtulit et ari
etem secundum in consecratione sa
cerdotum. posuerunt que super caput illius
aaron et filii eius manus suas. Quem
cum ymmolasset moyses sumens de
sanguine tetigit extremum auricule
dextre aaron. et pollicem manus eius
dextere similiter et pedis. obtulit et
ad filios aaron. Cumque de sanguine
arietis ymmolati tetigisset extremum
auricule singulorum dextre. et polli
cis manus ac pedis dextri. reliquum
fudit super altare per circuitum adi
pem uero et caudam omnemque pin
guedinem que operit intestina. re
ticulumque iecoris. et duos renes cum